



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm  
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè  
Obeundum**

**Polanco, Juan-Alphonso de**

**[Köln], 1617**

Qua ratione sit iuuandus, qui ex vitæ nimio desiderio, non satis æquo animo moritur, aut acquiescit diuinæ voluntati. Capvt IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41600**

EOS QUI MORIUNTUR. 75

net: & more Ecclesiæ confucto fiat, intermiscenda sunt tamen aliqua verba (si adhuc putatur intelligere aliquid agonizans, licet non possit loqui) quale est, dicas charissime frater: Sit nomen Domini nostri Iesu Christi benedictum, vel illud: Iesu fili Dauid miserere mei: vel illud: Deus in adiutorium meum intende, Domine Iesu ad adiuuandum me festina, & aqua benedicta interdū est aspergendus, præcipuè si visionibus videtur perturbari; & dicatur, vt corde, & si potest ore, inuocet nomen Iesu, & poterit deinde profequi commendationem animæ.

Marc. 15  
P. al. 6.

De quarto, scilicet Assistentium ædificatione, videatur capitulum vltimum.

*Qua ratione sit iuuandus, qui ex vitæ nimio desiderio, non satis a quo animo moritur, aut acquiescit diuine voluntati.*

C A P V T I X.

**A**LII QUI sunt, quos concutit, & affligit plus æquo, mortis timor: partim ꝑ vitam hanc naturaliter diligunt: partim ꝑ eis, quæ in mundo relinquuntur, affectu nimio adhærent, & po.

po.

*Incom-  
moda eo-  
rum, qui  
inuiti  
moriun-  
tur,  
Eccl. 41.*

*Non ex-  
pedit ce-  
lare in-  
firmos  
grauē pe-  
riculum  
mortis.*

potest etiam hoc longioris vitæ deside-  
rium eò vsque peruenire, vt non æquo  
animo ferāt, aut acquiescant diuinæ vo-  
luntati, & sic dum inuiti moriuntur, tria  
incommoda magna subeunt: vnum est  
quòd eò magis eos torquet ipsa mors  
quòd magis voluntati propriæ repugnat,  
iuxta illud Sapientis: O mors quam a-  
mara est memoria tua homini, pacem  
habenti in substantijs suis! Secundum,  
quòd eo se priuant merito singulari, &  
voluntaria morte, id est, cum conformi-  
tate ad voluntatem Dei, accepta, habi-  
turi erant; imò addunt offensam, si deli-  
beratè repugnant sua voluntate, volun-  
tati Dei. Tertium, quòd se non bene di-  
sponunt ad vitam, quæ est sine fine iam-  
iam sequutura, dum nimis de temporali  
hac morte trepidant, & de pertinentibus  
ad eam tractare perhorrescunt. Sunt qui  
nolint huiusmodi hominibus suum si-  
gnificari periculum, ne contristentur;  
alij etiam vitæ diuturnioris spem dare  
solent, sed profecto nullo modo expedit  
certam mortem secundum Medicorum  
sententiam, vel saltem graue periculum  
eius, celare: quia sic fit, vt non se præpa-  
rent sicut oporteret in ijs quæ ad pro-  
priam animam, nec etiam interdum in  
ijs,

ijs, quæ ad con-  
expedit ergo  
suavi, quant  
mortem in  
riculum eis  
vt fortiter se  
moriendum p  
tam prolong  
se præparasse  
necessarium,  
breui succeda  
acerbam faci  
mò orationib  
auctoritatib  
moderatione

Prima rati  
post. dictum.  
semel mori, p  
psam, & hac  
gnates, quã p  
inde à princ  
Vnde Dauid,  
non videbit r  
moriuntur, &  
per terram,  
quæ si modò  
breui omnin  
butum hoc m  
non tam bo

ijs, quæ ad coniunctos & alios pertinent. expedit ergo magis, prudenti aliquo & suavi, quantum fieri potest) modo vel mortem imminuentem, vel eius graue periculum eis significare, atque animare, vt fortiter se gerant, & prudenter se ad moriendum præparent, si enim Deus vitam prolongare voluerit, nihil nocebit se præparasse: quod tamen omnino est necessarium, si mors (vt timendum est) breui succedat si ergo vitæ nimius amor acerbam facit mortem, iuuandus est primò orationibus, secundò exemplis, & auctoritatibus, tertio rationibus, vt ad moderationem ille reducatur.

Prima ratio est, quòd secundum Apost. dictum. Statutum est hominibus semel mori. post primorum parentum lapsum, & hac lege nati sumus, tam magnates, quàm plebei, vt moreremur, iam inde à principio, vsque ad finem mundi. Vnde Dauid, Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? & 2 Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur. Itaque si modò mortem euaderet, tamen breui omnino moriendum esset, & tributum hoc mortis persoluendū. & fortè non tam bonam postea se disponendi commo-

*Heb. 4.  
Vite nimius amor reprimi-  
tur ratio-  
nibus.  
Psal. 21.*

commoditatem haberet cum tota vita  
presens ad id data sit, ut per eam quasi  
peregrinantes, ad veram vitam, & aeter-  
nam, in coelesti patria perueniamus.

Secunda, consolari nos in morte de-  
bet amor Patris nostri aeterni erga nos,  
& suavis eius providentia de qua spera-  
re oportet, quod eo tempore nos vocat;  
cum magis nobis expedit. Vnde illud S.  
Chrysostomi quod boni tunc decedant  
ex hac vita, cum meliores sunt: mali, cum  
minus mali, quam futuri essent, si adhuc  
viuerent, ideo cum ipsi placuerit id face-  
re, aequo animo mors est subeunda, &  
conuertendo sermonem, si videtur, ad  
aegrotum dici poterit: Charissime N.  
bono animo esto, amat te Deus, ut opus  
manuum suarum, ad sui imaginem fa-  
ctum, ut filium, quem adoptauit in Chri-  
sto: non te deseret, neque derelinquet,  
nec nisi suo tempore, vitam tuam ab-  
scindet, quod si modò te vocat, tibi  
persuade, quod id ipsum tibi expediat.

*Eccl. 7.*

Tertia. Quod fidelibus, qui in Domi-  
no moriuntur mors non est propriè mors,  
sed transitus ad meliorem vitam. Vnde  
in Eccles. dicitur. Melior est dies mortis  
die natiuitatis: cum dies, quo nascimur,  
porta sit ad mortem: is, quo morimur,

por.

porta sit ad v-  
lomon. Lau-  
viuentes. &  
Domini mo-  
pressius Ch-  
audit, & cred-  
tam aeternan-  
fed transit à  
fidelis eam  
beat quæ ad

Quarta.

ineunte aeta-  
vnum ab al-  
exilio enim  
Deo positi  
per pœniten-  
aeterna & te-  
mus iniquo  
in patriam  
simus huius  
camus cum  
uitatem per-  
quirimus.  
quod à loc-  
rum, ad loc-  
na super ea  
traducimur

porta sit ad vitam perpetuam. Idem Sa- *Eccl. 4.*  
 lomon. Lau daui magis mortuos, quam *Psal. 15.*  
 viuentes. & Psal. Pretiosa in conspectu  
 Domini mors Sanctorum eius, & ex-  
 pressius Christus: Qui verbum meum  
 audit, & credit ei qui misit me, habet vi- *Ioan 5.*  
 tam aeternam, & in iudicium non venit,  
 sed transit à morte in vitam, quis ergo  
 fidelis eam mortem perhorrescere de-  
 beat quæ ad vitam veram via est?

Quarta. Præsentis vitæ miserias ab  
 ineunte ætate considera, & forte diem  
 vnum ab alijs vacuum non inuenies in  
 exilio enim & in valle lachrymarum à  
 Deo positi sumus, vt nos præparemus  
 per pœnitentiam ad veram vitam, quæ  
 aeterna & tota felix est, non ergo debe-  
 mus iniquo animo ferre, quod ab exilio  
 in patriam reuocemur, absit autem, vt  
 simus huius mundi ciues, sed potius di-  
 camus cum Apost. Non habemus hîc ci- *Heb. 11.*  
 uitatem permanentem, sed futuram in-  
 quirimus. Non agrè feramus igitur,  
 quod à loco pœnitentiæ & lachryma-  
 rum, ad locum vbi latitia erit sempiter-  
 na super capita eorum, juxta Esaiam,  
 traducimur.

Quia

*Esai. 15.* Quinta, Si bene Tobias dicit, filij san-  
*Tob. 2.*ctorum (id est fidelium) sumus, & vitam  
 illam expectamus, quam Deus daturus  
 est ijs, qui fidem suam nunquam mutant  
 ab eo: & tamen tunc temporis fideles nō  
 ad cœlum, sed ad limbum post mortem  
 ibant: quantō magis nos mortem time-  
 re non debemus, cū aperta jam sit per  
 Christum cœli porta, id est, beatitudo,  
 quæ in Dei visione consistit? vnde pō-  
 tius spernenda est mors, vt veræ vitæ ini-  
 tiū, quā timenda. vt huius vitæ termi-  
*Mat. 22* nus; non enim est Deus mortuorum, sed  
*Col. 3.* viuentium, quoniam omnes viuunt ei,  
 dicit Christus. Ideo & Apost. Si confur-  
 rexistis cum Christo, quæ sursum sunt,  
 quærite, vbi Christus est in dextera Dei  
 sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ  
 super terram, & addit, Mortui enim estis  
 (scilicet in hac vita) & vita vestra absco-  
 dita est cum Christo in Deo: cū Chri-  
 stus apparuerit vita vestra, tunc & vos  
 apparebitis cum ipso in gloria.

Sexta, Quamdiu hic viuimus, militia  
 est vita hominis super terrā finis militia  
 pax, & ita finis vitæ fidelium requies. Sic  
*Apoc. 1.* in Apoc. dicitur de mortuis: Beati mor-  
 tui qui in Domino moriuntur: amodō  
*Sap. 4.* enim dicit Spiritus, vt requiescant à labo-  
 ribus

boribus suis  
 præoccupat

Libenter  
 ratum tuum  
 cum actione  
 docunque a  
 nim sit nece  
 men id redd  
 virtutem fac  
 ad Dei ben  
 Deus, vt fac  
 insignem fat  
 ris, & meritu

Secundu  
 est per exem  
 sti Domini, q  
 tem partis in  
 do. Transea  
 superiore, qu  
 verum tamen  
 fiat, sic & tu  
 rias horrore  
 ctum naturæ  
 periorum cur  
 æquo animo  
 hanc dedit, su  
 liam meliore  
 nare paratus  
 David mer

EOS QUI MORIUNTUR. Si

boribus suis, & Sapiens, Iustus si morte *Sap. 4.*  
præoccupatus fuerit, in refrigerio erit,

Libenter ergo charissime, iacta cogi-  
ratum tuum in Dominum, & admitte *Psal. 24*  
cum actione gratiarum mortem, quan-  
docunque à Deo immissa fuerit, licet e-  
nim sit necessarium, ut eam subeas, si ta-  
men id reddas voluntariū, de necessitate  
virtutem faciendo & vitam tuam offeres  
ad Dei beneplacitum, acceptabit eam  
Deus, ut sacrificium gratissimum, & ad  
infirmam satisfactionem pro tuis pecca-  
tis, & meritum, & præmium tuum.

Secundus modus iuuandi timidos, *Nimius*  
est per exempla & auctoritatem, ut Chri- *timor*  
sti Domini, qui cum naturalem volunta- *mortis*  
tem partis inferioris explicasset, dicen- *reprimi*  
do. Transeat à me calix iste: voluntate *tur, ex-*  
superiore, quæ rationem sequitur, dixit, *emplis*  
vetum tamen non mea, sed tua volutas *au-*  
fiat, sic & tu charissime frater, licet sen- *torita-*  
rias horrorem mortis, secundum affe- *tibus.*  
ctum naturæ, conforma voluntatem su- *Matt. 6.*  
periore cum voluntate Dei, & accepta  
æquo animo quod illi placet qui vitam  
hanc dedit, suo arbitrio finiendam, & a-  
liam meliorem vitam & perpetuam do-  
nare paratus est.

David memor illius quæ verè vita est, *Psa. 119.*

P & præ-



& p̄sēntis miserias & pericula pert̄sus dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: quasi longum illi videretur tempus exilij.

Rom. 7. Beatus Paulus dicebat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: & ex desiderio viuendi in ter-

Philip. 1. ra viuentium, dicebat, Cupio dissolui, & esse cum Christo, & iterum, Mihi viuere Christus est, & mori lucrum: quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est, & quid eligam? ignoro, coarctor autem è duobus, desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multò magis melius; permanere autem in carne, necessarium propter vos.

Eccles. 30. S. Praxedis rogauit Deum vt se ab hac vita liberaret, ne tot mala videret, & exaudita est.

Eccles. 41. Sapiens in Eccles. dicit: Melior est mors, quàm vita amara. Idem, Noli metuere iudicium mortis, memento, quæ ante te fuerunt, & quæ superuētura sunt tibi: hoc iudiciũ à Domino, omni carnī.

Cùm Hilarion à latronibus strictis gladiis peteretur, sine metu quietus māsfit, & cùm minarentur illi & interrogarēt, quare mortē nō timeret, respondit, non esse quòd mortem timeret, qui ad eam esset paratus.

S. Cy.

S. Cypri

Quis, inquit, vita, nisi qui eius? illius vult Christus recusare societatem? debet regnare

Sed propter latissimo arripit, culpe & te, ad quod

Tertius matorias. Dic aliquas breues euntem sequi

Domine Deus meus appetitus sunt etiam subire,

eius afflictio beneplacitum morte Domini meorum peccatorum

Deus meus & vsque in hunc rationis vsu dominam tuam in matris Ecclesie

S. Cyprianus in serm. de mortalitate,  
 Quis, inquit, anxius est de egressu ab hac  
 vita, nisi qui in fide dubius est, & spe, va-  
 cuus: illius est mortem timere, qui non  
 vult Christi societatem, & eius est talem  
 recusare societatem qui non credit, quod  
 debeat regnare cum Christo.

Sed prorsus immemorabiles sunt, qui  
 latissimo animo mortem subeunt, ut malo-  
 rum, culpe, & miseriarum finem, & ut felices vi-  
 tam, ad quam omnes aspirare debemus, initi-  
 um. Tertius modus est, per orationes iacu-  
 latorias. Dicat ergo qui iuvat morientes  
 aliquas breves orationes: & nitatur prae-  
 cunctam sequi aegrotus, quales haec sunt.

Domine Deus meus, naturalis quidem  
 meus appetitus mortem exhorrescit, con-  
 tentus sunt tamen, si tibi sic placet, mor-  
 tem subire, & hanc ipsam mortem, &  
 eius afflictionem offero ad honorem &  
 beneplacitum tuum, cum passione &  
 morte Domini mei Iesu Christi, & in  
 meorum peccatorum satisfactionem.

Deus meus, tu de nihilo creasti me,  
 & usque in hunc diem sustentasti, & ra-  
 tionis usu dotasti me, & per misericor-  
 diam tuam in fide Catholica, & in sancte  
 matris Ecclesiae gremio & unitate, con-

R. 2                      les.

Mortis  
 timor  
 per ora-  
 tiones  
 repellitur.

a pertax  
 incolatus  
 ngum il-

ego ho-  
 ore mor-  
 di in ter-  
 dissolui,  
 ihi viue-  
 quod si  
 us operis  
 rctor au-  
 bens dif-  
 tō magis  
 rne, ne-

se ab hac  
 ret. & ex-

Melior est  
 Noli me-  
 nto, qua  
 etura sunt  
 nnilcarni.  
 us strictis  
 ieris mā-  
 nterroga  
 respondit,  
 et, qui ad  
 S. Cy.

seruasti me, & per vitam quæ ducit ad æternæ felicitatis finē deduxisti me, quid ergo retribuam tibi pro omnibus quæ *Psal. 115.* retribuisti mihi? Domine calicem hunc mortis de manu tua libenter accepto, & offero illum tibi, & vt dignanter admittas in odorem suauitatis, deprecor.

Deus meus, quamuis naturalis vitæ amor mortem recuset, cum fiducia tamē *Mat. 26* auxiliij tui dicam cum Domino meo Iesu Christo. Pater mi, si non potest calix hic transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Dicam etiam cum Dauide: *Psal. 4.* In pace in idipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, gratias ago tibi, quod venit tandem hora, in qua peccata & mala mea finem habebunt: & quod mihi tempus dedisti, quo me præparem ad transitum ex hac vita ad perpetuam. Tu ergo, qui adiutores in opportunitatibus, in tribulatione, adiuua infirmitatem meam, vt in tuo seruitio, & gratia, quod superest vitæ meæ, finiam.

Dici etiam potest cum Iob, Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus  
cir-

Eos  
circundabo  
videbo Deu  
ipse, &c. ad  
hac declar

Quomodo p  
affectu ad te  
met me

C  
Aliqui d  
vitæ do  
conscientia  
breui temp  
fidunt. De  
petit ad om  
dicetur, qu  
est tempus  
gener vt v  
vt primo qu  
potest: &  
bet, vt scilicet  
munice, &  
(licet non  
statim resti  
test, curet fi  
in quo etia  
quæ statim  
se præparet

circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, &c. adde alia id genus, si oportet; & hæc declarari magis possent.

*Quomodo procedendum cum eo, qui ex affectu ad terrena, vel alias ob causas timet mortem plus quàm oportet,*

## CAPIT. X.

**A**liqui dolent de morte, non tam ex vitæ desiderio, quàm quòd res suæ conscientia implicatas habent, & tam breui tempore eas se posse explicare diffidunt. De his, si verè tempus non superpetit ad omnia, quæ fieri deberent infra dicitur, quid agendum; quòd si non deest tempus, dummodo eo ægrotus diligenter uti velit, eum exhortari oportet, ut primo quoque tempore id faciat, quod potest: & ratio & ordo ei proponi debet, ut scilicet primò confiteatur, & cõmunicet, & petat extremam vnctionem (licet non statim ei detur) deinde si quid statim restituere, vel facere debet & potest, curet fieri, & testamentum condat, in quo etiam testamento suppleat ea, quæ statim non possunt fieri, & demum se præparet ad transitum: & breue tem-

P ; pas